



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Da caussa efficiente. Capvt XLV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

materia mē Sophiae dedicatam laudat Cedrenus. (Mensam inquit) Iustinianus Imperator fieri iussit, opus imitatione nulla æquandum. Constabat vero auro, argento, omnisque generis lapidibus, lignis, metallis, omnibusque rebus, quas, & terra fert, & mare, & uniuersus mundus. Ex omni enim materia pretiosa plura, ex viliori pauciora collegerat, liquatisque his quæ fluunt, sicca illis immiscerat, atque in formam mensæ absoluerat. Itaque varium illud opus intuentibus stuporem conciebat.)

Hegeſipp in anacorp. h. i. stria. Similiter Hegeſippus in illa stebili monodia, pulchritudinem Solymæ commendans.

(Vbi, inquam, es ciuitas referta populis, venerabilis regibus, acceptabilis Deo, gratiæ sedes: Pavimenta tua de marmore, parietes tui fulgentes marmore, portæ tuæ micantes auro, aliæ argento nitentes.

Si res, quæ commendatur vilioris sit materia, formæ verò præstantioris, omiſſa materia, forma ipsa commendari solet.

Etiam gloriosum in Deo, Angelis, & anima humana negare materiam, quæ nulla est, Sic D. Ambrosius.

(Quis hoc dicit: nonne Deus, qui te fecit? Quid est Deus: estne caro, an spiritus? non caro utique, sed spiritus. Cuius similis caro esse non potest, quia ipse incorporeus, & inuisibilis est, caro autem comprehenditur, & videtur.)

Ad hanc quoque causam referuntur scientiarum obiecta, à quibus ipsius, quæ est in scientia dignitatis, sumitur argumentum, ut notat Aristoteles analytic. post. lib. 1. capite. 24.

Artes, & scientia vulgo commendantur à materia, id est, obiecto.

terimentes, & tot nomina, quæ enucleatius exquirunt Physici. Inter causas superiores efficientes, Prima est Deus, à quo graues sæpe desumuntur amplificationes, qualis est illa D. Gregorij Nazianzeni, vbi per longam effectorum enumerationem, Deum primam, & nobilitissimam causam causatarum colligit.

Deum causam causatarum, cuius primus est v. sus.

Τὸν ἀνακτα, ἢ δεσποτία,

Δι ὃν ὕμνος, Δι ὃν αἶνος,

Δι ὃν ἀγγέλων χορεία,

Δι ὃν αἶανος ἄπαντοι,

Δι ὃν ἥλιος προλάμπαει,

Δι ὃν ὁ δρόμος σελήνης,

Δι ὃν ἄστρον μέγα κάλλος

Δι ὃν ἀέθραπος ὀσεμνός

Ελάχεν νοεῖν τὸ θεῖον,

Λογικὸν ζῶον ὠπάρχου.

Σὺ γὰρ ἐτίσας τὰ πάντα

Παρέχων τὰ ζῷ ἐκάστω.

Regem, Dominum.

Per quem hymni, per quem laudes,

Per quem Angelorum chorea,

per quem secula æterna,

Per quem Sol præfulget,

Per quem cursus Luna

Per quem siderum ingens ornatu,

Per quem homo grauis

Sortitus est intelligere diuina.

Rationale animal existens.

Tu enim condidisti uniuersum

Tribuens summi cuique locum.

Hunc fatum, prouidentiam, naturam, per sæpe Philosophi Ethnici nominant, ut author est Seneca. Vis illum fatum vocare non errabis. Hic est ex quo suspensa sunt omnia, ex quo omnes causæ causatarum. Vis illum prouidentiam dicere: recte dices. Est enim cuius consilio huic mundo prouidetur, ut inconcussus eat, & actus suos explicet. Vis illum naturam vocare: non peccabis, est enim ex quo nata sunt omnia, cuius spiritu viuimus. Familiare est Oratoribus in eum omnium, quæ rectè geruntur in vitâ causas referre, contra, tristes etiam euentus eidem in scelorum ultionem assignare. Hoc Cicero, & Demosthenes sæpe faciunt, tum ad excitandos, tum ad leniendos hominum animos, qui numine velut omnium potentissima causa facilius reguntur. Alij porro fatum à Deo discernentes, alteram, & proximam

Seneca in proem. re. tum nat.

Fatum eorum sæpe ab oratoribus inter causas alle-gata.

Picus l. 4. diuers. A. stolog. Demost. de corona.

De causa efficiente.

CAPVT XLV.

Causa efficiens vna est, quæ latissimum dicendi campum suggerit, & non tam verbis, quam rebus fecundam sustentat eloquentiam.

Hanc in multiplices ramos partiuntur, ex quibus maior nascitur vbertas, & rationandi facultas promptior. Aliæ causæ superiores, aliæ primariæ, aliæ adiuuantes. Aliæ naturales, aliæ morales, aliæ artificiales. Aliæ procreantes, aliæ conseruantes, aliæ in-



mam Deo causam fecerunt. Est autem multiplex fati acceptio, ut recte notat Picius Mirandulanus aduersus Astrologos. Nam modò pro natura sumitur, & sic *ἡσὶς ἐπιμορφήσιν δεινῶν* naturalem mortem appellat Demosthenes. Modò apud Ethnicos pro sideribus, modò etiani pro necessitate se per æternam consequentiã nodos explicante ponitur, & ita plerunque impiè nomen fati usurpant Astrologi, ut Ptolomæus, qui causarum connexionem ex motibus astrorum vim, & efficaciam trahentem definit, quò alulit Iuuenal. cum dixit.

*Iuuenal. satyr. 27. v. 200. cum quo faciunt*  
*Præcillia. omnia necessitatem, & actionem, quam nullam, & la vis potest irumpere.*  
*Bardesanes. Marcellinus. Nulla vis humana, vel virtus Hæretici. maruissè unquam potuit, ut quod præscripsit fatalis ordo, non fiat.*  
*Ammian. Marcell. l. 23. c. 3. D. Thom. 15. S. phyc. Boet. 4. de cons. D. Aug. in Ioan. tract. 37. Oratores Christiani. fati, & fortuna nomine Ethnic. more uti non debent. Vide D. Aug. l. 4. de ciuit. Dei. Plin. l. 2. c. 7. quomodo fortuna nomine utantur Oratores. Plutarch in a popht.*

*Sidus, & occultis miranda potentia fati.*  
 & Seneca in natur. quaestion. cum vocat rerum *omnium necessitatem, & actionem, quam nullam, & la vis potest irumpere.* Et vnde Ammianus Marcellinus: *Nulla vis humana, vel virtus Hæretici. maruissè unquam potuit, ut quod præscripsit fatalis ordo, non fiat.* Verùm Orthodoxa fides hanc fatuam in actionibus humanis fati necessitatem explofit, apud quam, fatum ut ex Boetio, & D. Thoma patet (est ordo causarum naturalium, vel rebus mobilibus inherens mobilis dispositio, per quam diuina prouidentia omnes suis quoque necit ordinibus.) Hoc modo licet fatum inter superiores causas numerare. Alioqui vanum nomen est, *fatum non ponunt nisi fati,* ut ait D. Augustinus, tantum abest, ut orator Christianus debeat istius causæ mentionem facere. Multò minus fortunæ, cuius tamen summum nomen est apud gentes. Huic aræ, imagines, delubra, huic sexcenta nomina. *Primi genia. fortis, viscosa, obsequens, redux, mammosa, Barbata, Publica, Augusta* inuocatur, nunquam ineptiarum finis. Vna nominatur, vna accusatur, vna agitur rea, vna cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, & cume cuius colitur, volubilisque à plerisque, & cæca etiam existimata, vaga, inconstans, incerta, varia, indignorum fauix. Huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta, *in tota ratione mortalium sola utramque partem facit.* Plerunque solent oratores ad deterrendas aduersariorum laudes, prosperos eorum successus fortunæ ascribere. Quod ab AEschine contra se dictum consutat Demosthenes in oratione de Corona. Sic Timotheum fortissimum, eundemque felicissimum Imperatorem inimici dormientem pinxerunt, & rectè gestantem, in quod vires, & viros vltro fortuna deuolueret. Castor etiam

Deiotari Regis accusator, quod eius se insidijs Casar expeditisset, tribuit Fortunæ Imperatoris, quam ob rem Cicero non leuiter stomachatus. Contrà si quos infelices habuerunt successus, culpam statim reiciunt. in fortunam. Verùm præclare Satyricus.

*Nullum nomen abest si si prudentia, sed nos*  
*Te facimus fortuna Deam. cælogua loca muu.*

Fortuna nulla est, ipsi homines fortuna sunt, dum inopinatos rerum, quas gerunt fortuntur exitus, ut acutè ostendit Aristoteles: *ἡ τυχαιότης κατὰ συμβεβηκός, ἐστὶς κατὰ πρόαιρησιν τῶν ἐν ἐκείνῳ τῶν.* Quamobrem hæc inania de fortuna commenta ab oratore Christiano commemorari, non modo indignum est, sed etiam superuacaneum. Omisiss igitur his causis, aliæ inferiores sunt, & magis ad manum, partim naturales, partim artificiales, partim etiam morales. Eæque aut rem totam conficiunt, aut adiuant, aut conferuant, aut interimunt, vnde nomina primariæ, adiuuantis, conferuantis, interimentis etiam causæ. Naturalium rerum causæ in oratione ciuili, si sint extra statum causæ, curiosius nõ inquirunt oratores, ut si quis deliquio solis conterritos exercitus, aut æstu maris haustas ciuitates memoriet, non est illius continuo scrutari causas, variatq; & discrepantes hæc de re philosophorum afferre sententias: quanquam non nihil obiter potest attingere, cauere tamen debet ne sit nimius, nisi forte id causâ postulet. Ut si timore fracti, & debilitati sint animi, quod Eclipsis Solis, aut Lunæ ab Astrologo prædicta in terrorem cõgerrit. Tunc orator plenius, & liberius ostendere poterit minimè mirandum esse. Solis defectiones, itemque Lunæ prædicti in multos annos ab ijs, qui siderum cursus, & motus numeris persequuntur. Ea enim prædicunt, quæ naturæ necessitas perfectura est. Vident ex constantissimo motu Lunæ, quando illa è regione Solis facta incurrit in vmbra terræ, quæ est meta noctis, ut eam obscurari necesse sit. Quandoque eadem Luna subiecta Soli, atque opposita nostris oculis eius lumen obscurat: in quo signo quæque errantium stellarum, quoque tempore futura sit, qui exortus quoque die signi alicuius, aut qui occasus futurus sit. Contrà si exortum religione teneatur exercitus, ne proficiat in expeditionem, conuincere poterit orator, totam

*Aristot. l. 2. phyl. c. 5.*

*Vis causarum naturalium magis oratoris.*

*Cic. 2. de diuin.*



Cic. lib. 1.  
 totam rem nugatoriam esse. Si enim in exitu aliqua vis, quæ declaret futura, necesse est eam, aut cum rerum natura esse coniunctam, aut conformari quodam modo numine Deorum. At qui diuina cum rerum natura tanta, tamque præclara in omnes partes, motusque diffusa, quid habere potest commune? non licam gallinæcum fel, sunt enim, qui vel argutissima hæc exorta esse dicunt, sed Tauri optimi iecur, aut cor, aut pulmo, quid habet naturale, quod declarare possit, quid futurum sit? Infruita contingunt etiam in ciuilibus causis similia, in quibus oratores, & falsas rerum naturalium causas confutare, & veras statuere necesse est. Alias cum nihil opus est parcius in istis versari debent. Liberior hæc aliquando seruantur, historici, etiam qui res ciuiles describunt, data occasione defectuum Solis, & Lunæ, aestus maris, elusionum, pestilentia incendiorum, &c. eiusmodi causas requirunt. Sed Physicorum est, qui ex instituto res tractant pleniorum de causis naturalibus instituire sermonem. Familiare est item in rebus artefactis, opera ab opificibus, libris ab authoribus, vrbes à fundatoribus, omnia denique inuenta à suis inuentoribus commendare. In ciuilibus vero causis, & cæteris orationibus, rerum factorum, virtutum, vitiorum, affectuum, euentorumque omnium causas indagare, proferre, enucleare. Ex his enim oritur non puerilis quædam, sed grauissimis aucta sensibus amplificatio, si modo germanæ cuiusque rei causæ assignentur. Tum verò si multæ sint adiuuantes simul conglobatæ, grauem, & erectam maiestate faciunt orationem. Ducta est à causis efficientibus hæc Ciceronis amplificatio in Verrem. Agunt eum præcipitem pœnæ ciuium Romanorum, quos partim securi percussit, partim in vinculis necauit, partim implorantes iura libertatis, & ciuitatis in crucem sustulit. Rapiunt eum ad supplicium Dij patrij: quod iste vnus inuentus est, qui è complexu parentum abreptos filios ad necem duceret: & parentes pretium pro sepultura liberum poscebat. Religionem verò, caeremoniasque omnium sacerorum, sanorumque violatæ, simulachraque Deorum, quæ non modo ex iuis templis ablata sunt, sed etiam iacent in tenebris ab isto retrusa, atque abdita, consistere eius animum sine furore, atque amentia non sinunt. Item nihil tenocurnum præsidium palatij, nihil

vrbs vigilat, nihil timor populi, nihil consensus bonorum omnium, nihil sic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum oratuumque mouerunt?

De forma.

CAPVT XLVI.

EXcellens quidpiam est, & ( vt ait Aristoteles, *ἄριστον, ἀγαθὸν καὶ ἰσχυρόν* ) forma, per quam res est, id quod est, & ab vnoquoque discriminatur. Forma formarum est, vt Trismegisti philosophia liquet, verbum diuinum, cuius scintillæ quædam sunt formæ omnes, quæ rebus inspersæ eis essentiam, & vim quandam miraculam impertiuntur. Quæ si oculis parerent, quantam sui excitarent admirationem? verum, quæ nostræ cognitionis est tenuitas, vix vnã ex infinitis nouimus, ymbrias quasdam, & vestigia formarum consecrari cogimur. Duplex autem est forma, vna quidem intima, quæ cognosci satis non potest: Altera species quædam externa, & rei compositio, seu figura, de qua frequentius loquuntur oratores. Qualis erat terra incomposita, talis res sine forma: Istius deinde compositionis, atque ornatus gratia plurimum in se deriuauit dignitatis. Hanc formæ pulchritudinem discretè commendat Diuus Ambrosius. *Erat incomposita, quia nulla dignentium*, nec thoris herbosa riparum, nec opaca nemoribus, nec lata segetibus, nec ymbrosa supercilij montium, nec odora floribus, nec grata vinctis. Merito incomposita, quæ ornatibus indigebat, cui deerant vitium terra gemmantium. Ostendere enim voluit Deus, quia nec mundus haberet gratiam, nisi eum vario cultu operator ornasset. Cælum ipsum intextum nubibus, horrorem oculis, moestitiam animis excitare consuevit. Terra imbribus madefacta fastidio est, maria procellis turbata, quos non incuriunt metus? *Pulcherrima est rerum species.* Ductum est item a forma nobiliore hoc, quod sequitur argumentum. Animam habes Dei signatam caractere, hanc igitur Deo reddere debes, quod plenius explicat Theodotus in Epitome. *Ἐπὶ τῆ προκομιδέντος νομισματος ὁ κύριος ἔπεν οὐ τὸν τὸ κτῆμα, ἀλλὰ τὴν ἢ εἶκον καὶ ἐπιγραφὴν, καὶ σαρκοῖνα οὐ εἶν ἐκεῖνα δοῦν, οὕτως καὶ ὁ πρὸς ἐπιγραφὴν μὲν ἔχει διὰ χριστοῦ τὸ*

Arist. lib. 10 Physic.

D. Amb. Hexam. l. 1. c. 8.

Theod. in Epitome.

Cic. ad. 2. in Ver.